Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3051
Quelle:
Copyright:

Forta ſſis ejusdem *Conradi*, quem teſtatur *Bern. Pezius Diſſert. Iſag. in T. I. Theſ. Anecd.* p. 14. Volumen integrum *Rhythmorum* et *Hymnorum* reliquiſſe. Quaedam hic ad Hymnum: *Lauda Sion Salvatorem* &c. *Thomae Aq.* aut *Bonaventurae* tributum adludunt, ut: *Sumptum non conſumitur* &c.

Tertius absque inſcriptione, ſed ejusdem Thematis, et veriſimilius ejusdem etiam Autoris, Stropharum 8. quarum prima:

Aue uerbum incarnatum in altari conſecratum
Verus panis angelorum ſalus ſpes chriſtianorum.

Quartus denique, *De beata Virgine*, ſat prolixus, cujus initium:

Mente gaudens predicabo
Dei matrem et laudabo
Cui carmen decantabo &c.

II. *fol.* 3. *Incipit prologus in cantica canticorum expoſicionis edite a Ruperto abbate.* Initium: *Qui contra hominem ſimilem ſibi luctatur aut in agone contendit* &c. Prologum excipiunt *Libri* VII. prout habentur in edit. *Venet.* Operum *Ruperti* Abb. *Tuitienſis* 1749. T. II. p. 373. f. Fronti operis luculento charactere inſcriptum legitur: *Anno domini DCCCC°. L°. XIIII°. conſecratum eſt templum dilecte a dilecto pro dilecto ex dilecto.* Quodnam hic Templum ſub invocatione Deiparae ejus Filio dicatum deſignetur, ignoro.

III. *fol.* 24. p. 2. *Incipiunt prouerbia ex moralibus Gregorii ſuper librum Job.* Sunt numero 56. primumque: *Quod enim predo iniuſte appetit. hoc equiſſimus iuſte fieri permittit.*

IV. *fol.* 25. *Incipit ſpeculum Eccleſie editum a Magiſtro Hugone Cardinali de Officio Miſſe.* Eſt hic *Hugo de S. Charo*, ſeu *Saint Chers*, dictus etiam *de S. Theuderio*, ex O. P. adſumtus ad purpuram primus, defunctusque a. 1263. De eo, Opuſculique noſtri, quod incipit: *Dicit apoſtolus ad Eſſeſios. Induite uos armaturam dei* &c. Editionibus adi *Scriptt. O. Praed.* T. I. p. 194. et II. p. 335.

V. *fol.* 28. *Oratio de Beata virgine Maria.* Incipit: *Deprecor te domina Sancta Maria mater dei pietate pleniſſima* &c. Initium Carminis Scholae Salernitanae: *Anglorum regi ſcribit tota* (ſic) *ſcola ſalerni* &c. Verſus tantum 27. *Oratio de Corpore Chriſti*, ſcilicet notum illud: *Ave corpus chriſti natum* &c. *Compotus* ſive Modus quidam metricus numerandi Hebdomadas inter Dom. *Dum medium ſilentium*, et Dom. *Inuocauit.*

VI. *fol. eod.* p. 2. *Incipiunt cantica et primo canticum de ad-*

uen-